

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

Vt prædicator ab adulatione procul sit, & prædicandi tempora obseruet.
ca. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

perditæ ouis ratio, & negligis! Plebs tibi commissa, famem non panis, sed audiendi verbum dei patitur, & tu supprimis vitæ pabulum? nec attendis quod scriptum est: Qui absconderit frumenta, maledicetur in populis benedictio autem super caput vendentium? Dolet Iſaias quod regem impium Cziam non corripuerit. Et vae mihi (inquit) quia tacui. Apostolus quoq; Y& mihi est, si non euangelizauero. At tu otiosus oscitas, & nec maledictione territus, nec benedictione illectus ad docendum inclinaris. Experciscere tandem, aperi os tuū populo, lucrare domino, docendo, increpando, exhortando. Hoc fecit Christus, hoc Apostoli, hoc officisi Episco

Prouer. 11

Iſaiæ .6.

1. Cor. 9,

Iſa. 58.

Ezech. 16,

1. Cor. 4.

Gala. 6

Pſal. 149.

perditæ ouis ratio, & negligis! Plebs tibi commissa, famem non panis, sed audiendi verbum dei patitur, & tu supprimis vitæ pabulum? nec attendis quod scriptum est: Qui absconderit frumenta, maledicetur in populis benedictio autem super caput vendentium? Dolet Iſaias quod regem impium Cziam non corripuerit. Et vae mihi (inquit) quia tacui. Apostolus quoq; Y& mihi est, si non euangelizauero. At tu otiosus oscitas, & nec maledictione territus, nec benedictione illectus ad docendum inclinaris. Experciscere tandem, aperi os tuū populo, lucrare domino, docendo, increpando, exhortando. Hoc fecit Christus, hoc Apostoli, hoc officisi Episco pi est, quem te esse profiteris. Tibi dictum puta, quod p Iſaiam dicitur: Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntria populo meo scelerā eorum: vel quod ad Ezechī elem: Notas fac Hierusalem abominationes suas. Duri ores acerbius tibi increpandi sunt, iā ad pœnitudinem inclinati, mollius. Corinthios interrogat Apost. Quid vultis (inquit) in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Ita autem moderanda correptio est, ut & mordeat peccatorem, & spe veniae consoletur, ne ille abundantiori tristitia absorbeatur. Fragilitatis tuæ memor, aliorum infirmitatibus medere, & ad mentem reuoca præceptum Apostoli dicentis: Si præoccupatus fuerit homo in aliq delicto, vos qspiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, cōfiderans teipsum ne & tu tenteris]. Hoc est quod optat sibi psalmista, dicens: Corripet me iustus in misericordia, & increpabit me. Optimum in præside temperamentum est, miseratio cum iustitia. Miseratio enim sine iustitia, peccandi præstat audaciam. Iustitia sine miseratione, instar crudelitatis est, altera alterius ope indiget, ut correptio ipsa & corripiētētē commendet & emendet peccantem.

Vt prædictor ab adulazione procurul sit, & prædicāti tempora obseruet. Caput xiiij

De charitate Liber VI 425

A Bassentatione autem procul abesse peccatorum castigatorem decet, ut nihil ad gratiam audientium dicat, sed ad profectū optimiq; medici more utatur, adhibens vulneribus, curationem, non quæ delectet male affectum sed quæ sanet. Verat lex hædem coquere in lacte matris suæ, hoc est, peccatorem blanditijs souere. Non debes querere tu qui prædicatoris officio fungeris ut hominibus placeas, sed ut homines ad deum dirigas. Audi Apostolum dicentem: Si hominib. placetem Christi seruus non essem, In eo placeas hominibus in quo places deo. Alioquin non dei, sed hominū eris seruus. Multo melius est veris offendere quam placere adulando: & malum incusare, ut corrigatur, quā dissimulare ut inualescat. Tempus etiam prædicatio-
ni congruum queratur: non semper seculi hominibus prædicaciones vacat audire. Oportet igitur ut fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, dñe illi in tempore tritici mensuram. Vbi obseruandum est, quod non solum tempore apto opus sit, vt data prosint, sed etiam mensura ut neque plus neque minus dicatur, quam necesse fuerit. Accommodatis sima autem huic negotio tempora erunt, iejuniorū dies, qui ante festum dominicæ nativitatis, dominicæ q; resurrectionis solennes habentur. Tunc tempus accep-
tabile, tunc dies salutis, tunc messis tempora sunt, in quibus plus frugis colligi solet, Et qui congregat in messe (vt in Proverbiis dicitur) filius sapiens est. Si quando alias contigerit, ut vel ad supplicandum vel ad pœnitendum plebem exhortari opus erit vel ad sedandas cūlum inter se seditiones odiaq; tollenda, tunc quoq; p
dicationibus erit insistendum, ut in radice reprimatur malum ne pullulet, & in mortem multorū fructicetur.

De prædicantium meritis. Ca. XV.

Quisquis in his quæ dicta sunt, diuinæ laudis gratia salutisq; proximorum sese pro virib. exercuerit, multa quidem in terra, sed pluri-
ma in celo bñficia consequetur. Spiritu sancto illumina-

Exod. 34.

Gala. 1.

Lucæ 11.

Prove. 10